



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**


**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 16. De Adiuratione Pontificis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

6. Cum falso traducimur aut accusamur, solatio nobis sit exemplum Christi: cogitemus sententiam illius: *Beati vos, cum male dixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in caelo.* Mat. 5.



MEDITATIO XVI.  
DE ADIVRATIONE  
PONTIFICIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Summus Pontifex rursum dixit: adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es CHRISTVS?* Mat. 26  
Mar. 14.
- II. *Respondit IESVS: dixisti ego sum. ammodo videbitis filium hominis, sedentem a dextris virtutis Dei, &c.*
- III. *Sacerdos scindens vestimenta, dixit. Blasphemauit, quid vobis videtur? omnes condemnauerunt esse reum mortis.*

PROPHETIAE.

**E***Xcaca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & cor-* Esa. 6.

M

& cor-

- Sap. 2.* *& corde intelligant & conuertantur.*  
*Circumueniamus iustum, quoniam inu-*  
*tilis est nobis, & contrarius operibus nostris.*  
*Improperat nobis peccata legis, & filium Dei*  
*se nominat.*
- Iob. 36.* *Causa tua quasi impij iudicata est.*

## DOCUMENTA.

1. **C**HRISTVS iniurijs & falsitate testium  
 lacesitus, tacet: adiuratus vt verita-  
 tem profiteatur, respondet, et si sciret  
 hac de causa esse plurima toleranda: vt doceret  
 nos; vbi Dei honos agitur, non licere nobis  
 vel cum vitæ periculo, veritatis professionem  
 omittere.
2. Nequaquam faciles esse debemus in iudi-  
 cando, aut actionibus seu verbis proximorum,  
 in malam potius quam bonam partem inter-  
 pretandis; neque in credendo, si quid alijs  
 narretur mali, ne cum Caipha etiam facile er-  
 remus.
3. Cum tentatione agitatur, de nulla re  
 pronuntiandum, aut certo aliquid in poste-  
 rum statuendum est. Perturbatio enim animi,  
 non modo efficit vt res exigua magna appa-  
 reant, sed etiam veras cum falsis confundit,  
 quod apparet in Caipha.
4. Proprium est mundi, damnare eos qui  
 verum dicunt: laudare, qui ad blandiuntur.  
 Itaque si quid recte & verè locutus, iudicaris  
 blasphemus, noli turbari, neque ideo à dicen-  
 da veritate discede, quando idem euenit  
 Christo.
5. Contemnenda sunt hominum iudicia:  
 neque enim illi nos, si probi simus, efficiunt im-  
 pro-

improbos : sed timeamus ne coram Deo rei  
simus, qui de nobis sententiam laturus est,  
non ex sententijs hominum, sed iudicio suo.

6. Linguae maledicorum & detractorum ni-  
hil omnino possunt nocere; quin potius si  
velimus, plurimum nobis prodesse possunt:  
siquidem cum humilitatem in nobis augeant,  
meliores nos faciunt.



MEDITATIO XVII.

QVAE CHRISTVS A-  
PVD CAIPHAM PASSVS SIT.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Viri, qui tenebant IESVM cadentes Mar. 26.  
eum colaphis, expuerunt in faciem e- Mar. 14.  
ius, & velarunt eam. Luc. 22.*
- II. *Alij dantes palmas in faciem dice-  
bant: prophetiza nobis Christe,  
quis te percussit?*
- III. *Alij multa blasphemantes dice-  
bant in eum.*

FIGVRA.

PHilistæi cum Samsonem luminibus *Iudic. 16*  
orbassent, iusserunt illum coram se  
ludere, & in ipsum scommata iaciendo se  
recreabant.

M 2 PRO-